

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput VII**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

piant, gigantes pugnare, ignes & civitates ardere in somniis conspiciunt.

## CAPUT VII.

## DE BALSAMO &amp; BETEL

M Agni ante hac in Iudea proventus *Balsamum*, idque in duobus regiis hortis (alter jugerum vincti, alter pauciorum: ) jam non reperitur. Reges Ægypti in suum trahitissime hortum verisimile est, tanquam magnificentiae æmulos. *Plin. lib. 12. cap. 25.* In urbe enim Cairo Balsami exstat viridarium. Folium ejus ruta simile, perpetuo virens. In Matharia mense Septembri, paucis admodum foliis, iisque recens primum enatis, vestitam vidit Bellonius ut hyeme nova germina produceret. Præter naturam id fuisse certum. Nam cæteræ arbores hyemis patientes sub veris præfensioniam, & folia priota depônunt, & nova cum novis item surculis progerminant. *Doring. de Balsamo. 1. c. 3.* Colligitur lachryma in caudice & parte superna, facta incisura unguibus ferreis, subsidere cum æstas maxime angit. Quod manat, malcum non est. Vix enim toto die concha impleri potest. *Theophrast. 1. 9. cap. 6. de plantis. Plinius,* si ferro incidatur, statim emori, scribit; ob idque qui opobalsamum colligunt, vitro, lapide, ossisque cultellis, ad corticem vulnerandam utuntur, & succum lana excipientes, in corniculis colligunt. Color succi per ærates variat, adde, substantiae modos. Recenter extractus albus est, tam tenuis & levis, ut ex alto in aquam projectus vix pauxillum mergarut. Confestim assurgens dissolvitur, aquæ miscetur & totam ipsius superficiem contergit. Exacto quinquennio auri formam induit, decennio retinet, mediocriter crassus. Ab hoc tempore sensim crassescit, melleo colore tingitur, odorem ita deperdit, ut nonni si fricatione deprehendatur. Si tamen æstate ab externo æris calore hyeme ignis beneficio attenuetur aquæ vel laeti instillatus albescit. Id adeò

ut

ut initio ab aqua vix discerni possit: mox in ea coaguletur, ac telæ albæ instar supernatæ styloque quopiam superne detractus, colorem album liquido manifestet. *Doring. l. 1. de Opobalsc. c. 5.* Indicum seu Occidentale ex Occidentali India in Hispaniam afferunt: Liquor est arboris Xilo dictæ; cuius cortice, qui tenuis est, vulnerato, liquor tenax, subalbidus, paucus, quem incollæ sibi reservant, affluit. Sed ex rāmis & truncis assulatim & minutim concisis, & cum aqua in Lebere decoctis, ubi refixerit. Conchis oleum supernatans colligunt, quod ex nigro rubet, odoris suavissimi, gustus acuti & aliquantum amari. Libra in Hispania tribus ducatis vñnit. Cum olei uncia una decem aut viginti vendetur. *Bauchin, in Dioſc. Betel* à fluvio nomen habet folium, qui non procul à Cambaja fluit. Nascitur ex planta, quæ advolvit aliis, egerque præsidio pedamentorum. Neque florem neque succum gerit. Manditur ab Indis in quotidiano ocio. Sufficere enim vires putant in Venerem. Labia ex eo rubicunda, dentes nigri. *Mathiol. lib. 4. Dioſc. cap. 12.* Mensem movere si largius edatur. Idcirco mulieres Tarnasfari mariti securæ manes, manducazione illius querunt dementiam, inventa rogum confundunt, & tremuntur. Aqua aspergitur, qua soluta, fit calx è conchis facta: tum demum mandiuntur. *Scalig. Exerc. 146. f. 2.*

## CAPUT VIII.

DE BETONICA, BETULA,  
Bernavi & Buxo.

**B**etonica loca sacra & busta, à visib⁹ metuendis tueri ac defendere dicitur; tamque validæ facultatis, ut ossa quæque confracta extraheat. Cum salis momento contusa, naribusque immissa, sanguinem inde fluentem sif sit. *Mathiol. in 5. Dioſc. cap. 1.* *Betula* frigido & nivoso gaudet tractu. Caudex terebro per for-

P  
fortu agen  
el adominis  
lor, il diuini  
dilecta co  
na pacie lu  
pinguidine,  
quidam pice  
quidam et  
pius huc ha  
bonitas pri  
gumur, &  
la que delin  
hote spaci  
iamque p  
patum pe  
toque ma  
tene, don  
tur, & no  
nam sanita  
xes. Natoe  
Id vel fece  
delectatur  
nascitur &  
bibit sulph  
viftioliat  
denicafalp  
dolentia in  
culi & incis  
primatur,  
sanguinem  
aqua pappe  
minutum  
*Diosc. 1.*